



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Cura sui profectus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

Ingolstadiani Patres scripserunt his verbis. Visitauit nos etiam mense Maio P. Canisius, qui omnibus pietatis, obsequij, Caritatis dedit exempla. Cunctos his literis, quas post discessum suum remisit, quibus se officio, quo annis quatuordecim functus erat, abdicabat, atq; R. P. Paulum tuæ Reuerendæ Paternitatis voluntate, & mandato Præpositū Prouincialem declarauit, vehementer commouit. Scripsit & ad Præpositū Borgiā post actas uti anno quoq; proximo fecerat, bonitati diuinæ gratias, ac Præposito ipsi, quod tandem vacatio sibi, & successor is datus esset, quem meliorem quā se, & sapientiolem, & aptiorem ei difficili Prouincia pro dignitate administrandæ esset expertus: postq; rogatam & veniam, & pœnam eorū, quæ annis fere quatuordecim contra officij sui rationem admiserit, seu prætermiserit maiore in modum petit, ut suis precibus nouam sibi mentem impetret à Deo, ut ritè cognoscat, & æstimet digne collatū in se in præsens beneficium, per quod animum totum colligere, & quod misere hactenus neglexit, aliqua ex parte compensare possit. Addit dedisse se etiam literas ad nouū P. Prouincialem, ac rogasse, ut de se libere statueret: libenter

Cura sui profectus.

Obedientia humilis.

1

enim